AÑO LVIII. | 27 DE JULIO DE 1910. | NÚM. 14.

# BOLETÍN ECLESIÁSTICO
DEL
# Obispado de Astorga.

SUMARIO: Montepío del Clero Asturicense.—Ordo Servandus (conclusión).—Carta Encíclica de Nuestro Santísimo Padre Pío X (continuación).—Collationes morales in sextilem mensem.—Calificaciones obtenidas por los alumnos de los Colegios incorporados á este Seminario. —Necrología.

## MONTEPÍO DEL CLERO ASTURICENSE

En cumplimiento de lo que previene el artículo 69, número 1.° del Reglamento del «Montepío del Clero Asturicense», hemos tenido á bien disponer: que el 16 del próximo mes de septiembre, á las 8 de la mañana, se celebre en el salón de actos de nuestro Seminario Conciliar la sesión ordinaria que, en conformidad con lo establecido en el artículo 67, número 3.° del referido Reglamento, debe celebrar anualmente el Consejo General del Montepío. A cuyo efecto, convocamos por el presente á todos los individuos que, según el artículo 60 forman dicho Consejo, quienes, de no poder asistir personalmente, auto-

rizarán por escrito á un socio pensionista que le represente en dicho acto, previa la oportuna presentación, en la Secretaría del Montepío, del documento que acredite su autorización.

Y, á fin de que en esta reunión pueda acordarse cuanto interese á la buena marcha y prosperidad del Montepío, convendría que los señores Delegados tratasen en junta con los socios de sus respectivos distritos, aquellos puntos que, referentes al Reglamento, estimen conveniente someter al dictamen del Consejo General.

Astorga, 15 de Julio de 1910

† JULIÁN, Obispo de Astorga

## ORDO SERVANDUS

### IN RELATIONE DE STATUTU ECLESIARUM

(CONCLUSIÓN)

Et in hoc casu an scholæ liberæ habeantur: quomodo sustententur: a quot alumnis frequententur: an Ordinarii vigilantia et inspectione subsint.

127. Si agatur de diœcesi ubi catholici cum acathocis commixti sint, an catholici scholas proprias primordiorum habeant, et quinam sit earum status.

Et si scholas proprias, non habeant, et frequentare cogantur scholas publicas mixtas, an saltem catholica fides ibi non offendatur, et catholicis alumnis iuxta libertas relinquatur ut in fide per ecclesiasticos viros vel idoneos magistros instituantur.

128. Quod si pueri puellæ scholas publicas primordiorum adire cogantur, quæ noxiæ sint, quid fiat ut iuventus a perversione et corruptione immunis fiat.

129. Utrum scholæ mediæ vel superiores quæ in diocesi habentur, vel ad quas diœcesani confluere solent, hostiles sint, vel non, catholicis veritatibus et doctrinis.

Et si sint hostiles, quid fiat ut adoloscentes ab erroribus et vitiis præserventur. An habeantur scholæ mediæ vel superiores catholicis propriæ:et quinam sit earum status.

130. Utrum opera quæ *post-scholaria* dicuntur, ut recreatoria, circuli, scholæ catecheticæ, oratoria serotina et festiva, ad sanam christianæ iuventutis institutionem et præservationem in diœcesi habeantur; quænam, et quo fructu.

## CAP. XIII

### De piis sodalitatibus aliisque religiosis consociationibus.

131. Utrum adsint piæ sodalitates aliæque religiosæ cansociationes rite institutæ quot et cuius nominis: an habeantur eæ quæ a S. Sede potissimum comendatæ sunt: ceu illæ a SSmo. Sacramento, a Rosario, a christiana doctrina, aliæque pro pueris et puellis in fide, pietate, morumque puritate excolendis.

132. Utrum erectæ sint in ecclesiis parœcialibus et religiosorum, vel habeantur etiam quæ in propriis et distinctis ecclesiis exsistant.

An in ecclesiis monialium sodalitates virorum adsint, et qua facultate.

133. Utrum ab auctoritate eeclesiastica iuxta canonicæ legis præscripta dependeant: quem fructum afferant: an forte aliquod gignant incommodum.

134. Utrum adsint tertiarii in sæculo viventes, cuius ordinis, quo fructu: an sæpe congregentur, et an sint exemplo fidelibus.

135. Utrum in aliqua pia sodalitate vel tertio ordine adsint, et in fratres seu sodales recipiantur, qui noto-

rie addicti sint sectis ab Ecclesia damnatis, vel religioni adversi aut inhonestæ vitæ sint. Et quid fiat ut hoc malum avertatur.

## CAP. XIV

### De piis legatis et eleemosynarum collectionibus.

136. Utrum habeantur in dicecesi pia legata missarum, aliorumve religiosorum onerum, et an iisdem Curia diœcesana indicem habeat cum recensione onerum et indicatione redituum.

137. A quibus generatim administrentur, an fideliter et fructuose.

138. Utrum missis legatorum aliisque obligationibus intra præscriptum tempus regulariter satisfiat: et si hoc nequat fieri, an reditus præsertim missarum fundatarum Ordinario tradantur: an adsint qui hac de re ad officium revocari mereantur, aut revocati iam sint, et quo fructu.

139. Utrum et quo fructu fiant in diœcesi piæ collectiones eleemosynarum a S. Sede præscriptæ vel commendatæ pro communi Ecclesiæ bono, ut pro Fidei propagatione, pro sancta Infantia, pro redemptione captivorum, pro obolo S. Petri, pro Terra-sancta.

140. Utrum fiant collectiones speciales pro ipsius diœcesis necessitatibus, ut, pro fidei conservatione, pro præservatione ab erroribus et pro cleri sustentatione, si opus sit.

141. An et quænam aliæ collectiones eleemosynarum in diœcessi usoveniant.

Si religiosi vel religiosæ quæritantes habeantur, an tot sint numero ut nimium gravamen fidelibus afferri videatur.

# CAP. XV

## De operibus piis et socialibus.

142. Utrum hospitalia orphanotrophia, brephotrophia, aliaque similia caritatis instituta in diœcesi fundata sint; et an dependeant ab auctoritate ecclesiastica iuxta S. Concilii Tridentini præscripta. Et nisi dependeant, referatur an in iis quæ a materna Ecclesiæ protectione et directione subtracta sunt, catholici spirituali adsistentia frui saltem libere possint.

143. Utrum adsint in diœcesi opera illa quæ *socialia* dicuntur, quibus dum consulitur bono morali et religioso fidelium, prospicitur etiam eorum temporali utilitati vel necessitati, ut, asyli pro infantibus, patronatus pro iuvenibus utriusque sexus, circuli pro iuventute catholica, aut pro studiis peragendis, consociationes operariorum, agricolarum, mulierum in hunc vel alium pium finem vel mutuum subsidium, arcæ nummariæ, aliaque similia.

144. Utrum consociationes et opera hæc socialia, et potissimum qui eis præsunt, debitam in omnibus Ordinario et Summo Pontifici reverentiam præstent, et in iis quæ fidem, mores et iustitiæ leges attingunt, S. Sedis directioni et moderationi omnino subsint.

145. Cura ne sit ut hisce consociationibus et operibus praeficiantur qui non nomine tenus, sed corde et opere catholici sint, Et an caveatur, quatenus opus sit, ut qui hisce consociationibus et operibus adscripti sunt, au beneficia et subsidia ab iis nanciscuntur, át vitiis recedant, in fidei doctrina instituantur, et christianam vitam ducant.

146. Utrum caveatur ne in hisce catholicis consociationibus connumerentur sectis secretis adscripti, increduli, impii vel religioni adversi. qui consociationes ipsas vel carum opera a recto fidei et istitiae tramite deducere possint,

## CAP. XVI

### De editione et lectione librorum et diariorum.

147. Utrum in dioecesi edantur libri, ephemerides, illustrationes, diaria obscena vel impia, vel ut cumque religioni noxia; a quibus, et quali cum diffusione et detrimento.

148. Utrum libri et diaria impia vel obscena aliarum civitatum dioecesim ingrediantur, ibique diffusa sint, et quaenam potissimum sint.

149. Utrúm strenue a catholicis agatur et praesertim a parochis et a sacerdotibus, ut libri et diaria obscena vel impia a dioecesi removeantur, adhibita etiam, si fieri potest, civilis auctoritatis opera.

An cleri et maxime confessariorum cura sit ut libri et diaria obscena vel impia a catolicis familiis arceantur, et a fidelibus non legantur.

150. Utrum libris et diariis noxiis alia opponantur religiosa et honesta: quot sint, quomodo diffusa et quo fructu.

Datum Romæ, die 31 mensis Decembris anno 1909. —C. Card. De Lai, *S. C. Consistorialis Secretari s*,— S. Tecchi, *Adsessor*.

---

## LITTERAE ENCICLYCAE

VENERABILIBUS FRATRIBUS PATRIARCHIS PRIMATIBUS ARCHIEPISCOPIS EPISCOPIS ALIISQUE LOCORUM ORDINARIIS PACEM ET COMMUNIONEM CUM APOSTOLICA SEDE HABENTIBUS.

PIUS PP. X

VENERABILES FRATRES SALUTEM ET APOSTOLICAM BENEDICTIONEM

(CONTINUACIÓN)

Haec tamen omnia nihil erant aliud nisi praeparatio quaedam vitaeque tirocinium, quo et pietate animus et mens doctrina et labore corpus exercerentur, ita ut modestus iuvenis ac de se demisse sentiens ins-

tar esset argillae in manibus Domini eiusque in terris Vicarii. Hanc scilicet rationem ineundae viae novarum rerum fautores illi contemnebant eadem stultitia qua nostri, minime secum reputantes, mirabilia Dei ex umbra et silentio parentis animi pieque precantis in apricum proferri, in eaque exercitatione germen futuri adscensus, haud secus ac in semente spem colligendae messis, includi.

Nihilominus, quod paulo superius attigimus, auspicata tam faustis initiis vitae sanctitas et actio tum se maxime explicuit effuditque fructus uberrimos, quum, «urbano splendore et amplitudine relictis, bonus ope-«rarius in messem quam susceperat (Mediolanum), «discedit, ubi partes suas in dies magis implendo, «agrum illum, malitia temporum, vepribus turpiter «deformem ac silvescentem, in eum restituit nitorem, «ut Ecclesiam Mediolanensem, praeclarum exemplum «redderet ecclesiasticae disciplinae» (1). Tam multa tamque praeclara is est consequutus conformando instaurationis opus ad normas a Concilio Tridentina paullo ante propositas.

Enimvero Ecclesia, probe intelligens, quam sint *sensus et cogitatio humani cordis in malum prona* (2) cum vitiis et erroribus dimicare nunquam destitit, *ut destruatur corpus peccati et ultra non serviamus peccato* (3). Qua in contentione, quemadmodum ipsa sibi magistra est et impellitur gratia, quae *diffusa est in cordibus nostris per Spiritum Sanctum*; ita cogitandi agendique normam sumit a Doctore gentium, aiente; *Renovamini spiritu mentis vestrae* (4).—*Et nolite confor-*

(1) Bulla «*Unigenitus*».

(2) *Gen.* VIII, 21.

(3) *Rom.* VI, 6.

(4) *Ephes.* IV, 23.

*mari huic saeculo, sed reformamini in novitate sensus vestri, ut probetis quae sit voluntas Dei bona et beneplacens et perfecta* (1). Quam quidem se metam contigisse Ecclesiae filius atque instaurator non fictus existimat numquam; ad eam tantummodo niti profitetur cum eodem apostolo; *quae retro sunt obliviscens, ad ex vero quae sunt priora extendens meipsum, ad destinatum persequor, ad bravium supernae vocationis Dei in Christo Iesu* (2).

Inde consequitur ut et nos cum Christo in Ecclesia couiuncti *crescamus in illo per omnia, qui est caput Christus, ex quo totum corpus... augmentum facit in aedificationem sui in charitate* (3), et Ecclesia Mater in dies magis efficiat ratum sacramentum divinae voluntatis, hoc est, *in dispensatione plenitudinis temporum instaurare omnia in Christo* (4).

Ad haec animum non intenderunt auctores illi redintegrandae suo marte fidei ac disciplinae, quorum conatibus restit Borromeus; nec ea nostri melius vident, quibuscum strenue nobis, Vererabiles Fratres, est dimicandum. Nam et hi Ecclesiae doctrinam, leges, instituta subvertunt, habentes in lingua promptum cultioris humanitatis studium, non quod eo de negotio valde laborent, sed quo titulis ad ostentationem paratis pravitatem consiliorum queant facilius obtegere.

Quid autem re agant, quid moliantur, quod iter affectent, neminem vestrum fugit, eorumque consilia denuntiata per Nos fuerunt atque damnata. Proposita namque ipsis est communis omnium ab Ecclesiae fide ac disciplina secessio, eo vetere illa deterior quae Caroli aetatem in discrimen adduxit, quo callidius in ip-

(1) *Rom.* XII, 2.
(2) *Philip.* III, 13, 14.
(3) *Ephes.* IV, 15, 16.
(4) *Ephes.* I, 9, 10.

sis fere Ecclesiae venis delitescit ac serpit, et quo sub-
tilius ac absurde positis extrema deducuntur.

Utriusque pestis origo eadem *inimicus homo*, qui ad
humanae gentis perniciem haud sane exomnis, *super-*
*seminavit zizaniam in medio tritici* (1); idem abditum
iter ac tenebricosum; eadem progressia, idem appul-
sus. Etenim, quemadmodum prior illa olim, qua for-
tuna rem daret eo vires inclinans, optimatium partes
aut popularium alteram adversus alteram concitabat.
ut utramque tamdem ludificaret atque pessumdaret;
sic recentior ista clades mutuam exacuit invidiam
egentium ac locupletium, ut sua quisque sorte non
contentus vitam trahat usque miserrimam luatque
poenam iis irrogatam, qui non *regnum Dei et iustitiam*
*eius* quaerunt, sed caducis his rebus fluxisque adhae-
rescunt. Atque illud etiam graviorem facit praesentem
conflictationem, quod, quum superiorum temporum
turbulenti homines e doctrinae divinitus revelatae the-
sauro certa quaedam et fixa plerumque retinerent, ho-
dierni non ante quieturi videantur quam excisa omnia
conspexerint. Everso autem religionis fundamento, et
ipsam civilem coniunctionem disrumpi necesse est.
Luctuosum sane spectaculum in praesens, formidolo-
sum in posterum; non quod Ecclesiae incolumitati ti-
mendum sit, de qua dubitare divina promissa non si-
nunt, sed ob impendentia familiis gentibusque pericula
maxime quae pestiferum impietatis aflatum aut im-
pensius fovent aut ferunt patientius.

In hoc tam nefario stultoque bello, cui commovendo
dilatando socii et adiutores potentes accedunt inter-
dum vel ipsi, qui Nobiscum facere Nostrasque tueri
res deberent prae ceteris; in forma errorum adeo mul-
tiplici vitiorumque illecebris tam variis, quibus utris-

(1) Matth, XIII 25.

que haud pauci etiam e nostris blandiuntur, capti specie novitatis ac doctrinae, aut inani spe ducti, Ecclesiam posse cum aevi placitis amice componi, plane intelligitis Venerabiles Fratres, nobis esse strenue obsistendum, iisdemque nunc armis excipiendum impetum hostium, quibus olim usus est Borromeus.

Primum igitur, quoniam ipsam, veluti arcem, impetunt fidem, vel eam aperte denegando, vel impugnando subdole, vel doctrinae capita pervertendo, haec a Carolo saepe commendata meminerrimus: «Prima »et maxima Pastorum cura versari debet in iis quae »ad fidem catholicam, quam S. Romana Ecclesia et co»lit et docet, et sine qua *impossibile est placere Deo*, in»tegre inviolateque servandam pertinent» (1). Et rursus: «In eo genere... nullum tantum studium, quantum »certe maximum requiritur, adhiberi possit» (2) Quapropter «haereticae pravitatis fermento», quod nisi cohibeatur *totam massam corrumpit*, hoc est pravis opinionibus ementita specie irrepentibus, quas in unum collectas *modernismus* profitetur, sanitas est opponenda doctrinae et reputandum cum Carolo: «quam »summum in haeresis crimine profligando studiunt »et cura quam longe omnium diligentissima episcopi »esse debeat» (3).

*(Se continuará.)*

# COLLATIONES MORALES IN SEXTILEM MENSEM

**De causis a lege excusantibus.**

1.° Utrum sexagenarius sit constitutus in impossibilitate physica vel morali jejunandi. Utrum hic

(1) Conc. Prov. I, sub initium.
(2) Conc. Prov. V, Pars I,
(3) Ibid.

# Aguardiente legítimo de uva

## procedente de la Bodega de D. Marcelo G. Sabugo, en Alvares (León).

### PRECIOS

| | ANISADO | SECO |
|---|---|---|
| Arroba de 16 litros...... | 22 pesetas.... | 20 pesetas |
| Media id. 8 id....... | 11 id. ... | 10 id. |
| Cuarto id. 4 id....... | 5'50 id. ... | 5 id. |

### ENVASES

Garrafones empajados, de 16, 8 y 4 litros, á 2'25, 1'75 y 1'25 pesetas.

## Se garantiza su pureza.

**Los pedidos al cosechero.**

## ASTORGA

16 litros dan 36 cuartillos. Sale el anisado á 61 céntimos el cuartillo, y á 55 el seco.

Litografía Artística. Fidalgo.—ASTORGA

idem sit excusatus ab obligatione abstinentiæ. Quare cœcutiens qui totum officium recitare non potest, tenetur ad partem, ad aliquam horam canonicam nempe, si illam integre memoriter sciat.

2.° Utrum peccet qui absque justa causa mane iter ingreditur in die festo, se constituente in imposibilitate physica non audiendi missam. Quid dicendum de illo qui hoc facit in die præcedenti.

3.° Utrum metus gravis excuset a præcepto naturali negativo. Utrum excuset a præcepto divino positivo, et quando non excusat ab observantia legis humana.

4.° Quotopliciter sunt ergo causæ excusantes a lege. Quotupliciter apponi possunt. Quando licet apponere causas impedientes quando non.

**Liturgicæ**

Quibus diebus cantari potest Missa de *Requiem* post aceptum nuntium de morte alicuius in loco dissito; quibus vero de die *tertio*, *septimo* et *trigesimo*, et quomodo hi dies numerantur—Possuntne, si diebus impeditis occurrant, anticipari vel differri.—Quid anniversarium defunctorum et quotuplex.—Quibus diebus celebrari possunt.—Utrum, impeditis vel exceptis diebus quibus occurrant, obligationi satisfiat per applicationem Missæ solemnis vel cantatæ de die occurrenti, aut debeant anticipari et defferri et quidem ad primam diem liberam —An celebrari possint iisdem diebus et cum iisdem privelegiis, si ultra primam diem liberam anticipentur vel transferantur.—Quibus diebus celebrari possunt anniversaria, pro die quidem obitus vel alio fixo, sed *non in cantu* fundata.—Utrum satisfiat obligationi, si diebus impeditis occurrant, per celebrationem Missæ diei currentis cum aplicatione juxta mentem testarum.

# SEMINARIO CONCILIAR DE ASTORGA

**Relación de las calificaciones obtenidas por los alumnos de los Colegios incorporados en los exámenes ordinarios correspondientes al curso académico de 1909-10.**

## COLEGIO DE LAS ERMITAS

| **Latín**.—*Tercer año.* | Latín. | H. Universal. |
|---|---|---|
| D. Casto Rodriguez Diaz.......... | meritissi. | meritissi. |
| » José Estebez Santiago........... | ins. merit. | id. |
| » Manuel Rodriguez González..... | meritissi. | id. |
| *Segungo año.* | | H. de España. |
| D. Antonio Alvarez Tato... ...... | meritus | meritus |
| » Emiliano López Losada......... | benemer. | benemer. |
| » Julio Estebez Losada........... | id. | id. |

| *Primer año.* | Latín. | Castellano. | H. Sagrada. | Geografía. |
|---|---|---|---|---|
| D. Adolfo C. Tato..... | meritus | meritus | meritus | meritus |

## VEGA DE ESPINAREDA

| **Latín**.—*Cuarto año.* | Latín. | Retórica. | | |
|---|---|---|---|---|
| D. Pío González García. | meritiss | meritiss | | |
| *Tercer año.* | | H. Universal. | | |
| D. Angel M. Martínez.. | benem. | benem. | | |
| » Eusebio M. Martínez. | meritiss | meritiss | | |
| » Manuel M. Pérez.... | id. | id. | | |
| *Segundo año.* | | H. de España. | | |
| D. Eduardo T. Ballinas. | benem. | ins. mer | | |
| » Francisco Rodríguez.. | meritus | meritus | | |
| » Josè Arias Andina... | meritiss | meritiss | | |
| » Ovidio R. Castané.... | ins. mer | ins. mer | | |
| » Santiago Arias Diaz.. | id. | id. | | |
| » Santiago A. González. | meritiss | meritiss | | |
| *Primer año.* | | Castellano. | H. Sagrada. | Geografía. |
| D. Alejandro C. Díaz... | meritiss | meritiss | meritiss | meritiss |
| » Antonio M. Martinez. | id. | id. | id. | id. |
| » Basilio Diez Prada... | ins. mer | benem. | ins. mer | ins. mer |
| » Luciano F. Cuenllas. | meritiss | meritiss | meritiss | meritiss |

## AGUASMESTAS

| **Latin**.—*Cuarto año.* | Latín. | Retórica. |
|---|---|---|
| D. José F. de Cabo..... | ins. merit. | meritissi. |
| » Senén B. Alvarez.... | id. | id. |

| *Tercer año.* | | H. Universal. |
|---|---|---|
| D. Emilio F. Alfonso... | meritus | meritus |
| » Francisco R. Mallo... | benemer. | ins. merit. |
| » Julio Rubio Calzada.. | meritissi. | meritissi. |

| *Segundo año.* | | H. de España. |
|---|---|---|
| D. José Alvarez Boto... | meritissi. | meritissi. |
| » José Diaz Alvarez... | id. | ins. merit. |
| » Severino S. Alvarez.. | id. | id. |

| *1.º y 2.º año.* | Latín. | Castellano. | H. Sagrada. | Geografía. | H. de España. |
|---|---|---|---|---|---|
| D. Amancio G.ª. | meritiss | meritiss | meritiss | meritiss | meritiss |
| » Atilano Alvarez | id. | id. | id. | id. | benem. |
| » Claudio Morán | id. | id. | benem. | ins. mer | id. |
| » Manuel Prieto. | id. | ins. mer | id. | meritus | id. |

| *Primer año.* | Latín. | Castellano. | H. Sagrada. | Geografía. |
|---|---|---|---|---|
| D. Adolfo A. Alvarez... | meritiss | meritiss | ins. mer | ins. mer |
| » Antonio D. Morán.... | id. | id. | meritiss | meritiss |
| » José Cordero Mallo... | id. | id. | ins. mer | id. |
| » José Quiñones Lópe.. | ins. mer | ins. mer | benem. | ins. mer |
| » Juan A. González.... | meritiss | meritiss | meritiss | meritiss |
| » Manuel del Pozo..... | ins. mer | ins. mer | ins. mer | ins. mer |
| » Manuel Diez Bardón.. | benem. | benem. | id. | benem. |
| » Fernando R. Bardón.. | meritus | meritus | meritus | meritus |
| » Valeriano Diez Arias.. | ins. mer | ins. mer | ins. mer | ins. mer |

## VILLARRIN

| **Latin**.—*Cuarto año.* | Latín. | Retórica. | H. Universal. |
|---|---|---|---|
| D. Agustin A. Rubio... | benem. | meritus | benem. |

| *Segundo año.* | | H. de España |
|---|---|---|
| D. Anton. F. Cuadrado. | meritiss | meritiss |
| » Esteban F. Gómez... | id. | id. |
| » Eladio F. Junco...... | benem. | ins. mer |
| » Joaquín M. Carnero.. | meritiss | meritiss |
| » Juan M. Merino..... | id. | id. |
| » Segundo M. Prieto... | benem. | ins. mer |

| | | | | |
|---|---|---|---|---|
| D. Tomás Prieto Gómez. | benem. | benem. | | |
| » Victoriano T. Carnero | meritiss | meritiss | | |
| » Félix Arenal Pascual. | id. | benem. | | |
| *Primer año.* | | Castellano. | H. Sagrada. | Geografía. |
| D. Félix Arenal Pascual | meritiss | meritiss | meritiss | meritiss |
| » Adonias M. Largo.... | id. | id. | id. | id. |
| » Angel Flórez Pérez... | ins. mer | id. | id. | id. |
| » Angel R. Fernández.. | benem. | benem. | benem. | benem. |
| » Ignacio Flórez Flórez. | meritus | meritus | id. | id. |
| » José Gómez González. | meritiss | meritiss | meritiss | meritiss |
| » Marcelino Prieto..... | id. | id. | id. | id. |
| » Mariano P. Aparicio.. | meritus | meritus | meritus | meritus |

## PRECEPTORÍA DE BURGANES.

| **Latin**.— *Cuarto año.* | Latín. | Retórica. | | |
|---|---|---|---|---|
| D. Domingo P. Perales. | benem. | ins. mer | | |
| » Domitilo M. Figuera. | ins. mer | meritiss | | |
| » Ezequiel F. Vara..... | meritiss | id. | | |
| » Francisco S. Vara.... | id. | id. | | |
| *Tercer año.* | | H. Universal. | | |
| D. José Ramos Rubio.. | meritus | benem. | | |
| » Marcelo Prieto delRío. | meritiss | ins. mer | | |
| *Segundo año.* | | H. de España. | | |
| D. Crescenciano Verde. | ins. mer | meritiss | | |
| » Honorio Falcón Otero. | meritiss | ins. mer | | |
| » Pedro Lobato García.. | meritus | benem. | | |
| » Nemesio H. Aparicio.. | meritiss | meritiss | | |
| *Primer año.* | | Castellano. | H. Sagrada. | Geografía. |
| D. Amós B. Manrique.. | meritus | meritus | meritus | meritus |
| » Belarmino A. Alija... | meritiss | meritiss | meritiss | meritiss |
| » Antonio Sil Hidalgo.. | meritus | meritus | meritus | meritus |
| » Dionisio A. Morán... | id. | id. | id. | id. |
| » Fabriciano P. Codon.. | meritiss | meritiss | meritiss | ins. mer |
| » Francisco Sil Sobejano | ins. mer | ins. mer | benem. | benem. |
| » Gregorio R. Moratinos | meritiss | meritiss | meritiss | id. |
| D. Honorio Alonso Alija | meritiss | meritiss | meritiss | meritiss |
| » Jacinto M. Romero... | beneme | beneme | beneme | meritus |
| » Jerónimo C. Pérez... | ins. mer | ins. mer | ins. mer | beneme. |
| » Joaquin C. Hidalgo.. | meritiss | meritiss | meritiss | meritiss |
| » José Vara Ranilla... | ins. mer | id. | id. | beneme. |

| | | | | |
|---|---|---|---|---|
| D. Juan Furónes Colino | meritus | meritus | meritus | meritus |
| » Luis Uña García..... | id. | id. | id. | id. |
| » Maximiliano S. Cid... | beneme | beneme | beneme | beneme. |
| » Santiago D. Galende. | id. | id. | ins. mer | id. |
| » Vicente G. Rodríguez. | meritiss | meritiss | meritiss | ins. mer |
| » Joaquín R. Guerra.... | meritus | meritus | meritus | meritus |
| » Isidro R. Ramirez..... | id. | id. | id. | id. |

## COLEGIO DE RIONEGRO DEL PUENTE

| **Latín.**—*Cuarto año.* | Latín. | Retórica. | | |
|---|---|---|---|---|
| D. José A. Mayo Mayo.. | meritus. | meritus | | |
| » Melchor Llamas..... | beneme | beneme. | | |
| » Pedro Madrigal Luis.. | id. | ins. mer | | |
| » Pedro Ramos del Pozo | ins. mer | id. | | |
| » Saturnino Gil Ferdez. | meritus. | meritus | | |
| » Tomás A. Martínez... | meritiss | meritiss | | |
| *Tercer año.* | | H. Universal. | | |
| D. Claudio A. Gullón... | meritiss | meritiss | | |
| » Gregorio Perez Ureña. | meritus. | beneme | | |
| » Nicolas M. Alvarez... | id. | meritus. | | |
| » Olegario M. García... | beneme. | ins. mer | | |
| *Segando año.* | | H. de España | | |
| D. Agustín Lera Lera.. | meritus. | meritus. | | |
| » Domingo L. Prieto... | beneme. | beneme. | | |
| » Esteban Alvarez García | meritiss | meritiss | | |
| » José Santiago Ferrero | id. | id. | | |
| » Juan M. de la F. Lobato | meritus. | meritus. | | |
| » Francisco Llamas.... | id. | id. | | |
| » Manuel Gil Losada... | beneme. | beneme. | | |
| » Lucinio D. Rodríguez | ins. mer | ins. mer | | |
| » Mateo T. Turrado.... | meritus. | meritus. | | |
| » Ezequiel C. Ferrero.. | beneme. | ins. mer | | |
| *Primer año.* | | Castellane. | H. Sagrada. | Geografia |
| D. Jorge Calvo Lera.... | meritus. | meritus. | beneme | meritus. |
| » Jacinto P. Almanza... | beneme. | id. | id. | id. |
| » Santiago C. Tejedor.. | ins. mer | beneme. | meritiss | ins. mer |
| » Victorino G. Perez... | id. | id. | id. | id. |

## COLEGIO DE PUEBLA DE SANABRIA

| **Latin**.—*Cuarto año.* | Latín. | Retórica. | | |
|---|---|---|---|---|
| D. Herminio Requejo... | ins. mer | beneme. | | |
| » José Fernández...... | id. | » | | |
| » Lorenzo A. Domínguez | meritiss | meritiss | | |
| » Timoteo G. Cancelo... | id. | id. | | |
| *Tercer año.* | | H. Universal. | | |
| D. Amaro Rodríguez... | meritus | beneme. | | |
| » Felipe R. Rodríguez.. | ins. mer | ins. mer | | |
| » Francisco L. Prada... | meritiss | meritiss | | |
| *Segundo año.* | | H. de España | | |
| D. Antonio Priet.o..... | beneme | beneme | | |
| » Celso S. Román...... | meritiss | meritiss | | |
| » Darío Rodríguez Capon | id. | id. | | |
| » José García Arias.... | id. | id. | | |
| » José Lorenzo Herndez | ins. mer | ins. mer | | |
| *Primer año.* | | Castellano. | H. Sagrada. | Geografí a. |
| D. Daniel G Aparicio.. | meritus | meritus | meritus | meritus |
| » Jesús G. S. Román... | id. | id. | id. | id. |
| » Juan A. S. Roman... | meritiss | meritiss | meritiss | meritiss |

## COLEGIO DE VILLARINO

| **Latin**.—*Primer año.* | Latín. | Castellano. | H. Sagrada. | Geografía. |
|---|---|---|---|---|
| D. Angel F. Paradela.. | meritiss | meritiss | meritiss | » |
| » Angel M. Rodríguez.. | id. | id. | id. | » |
| » Francisco Montecino. | id. | id. | id. | » |
| » Buenaventura Rdguez | ins. mer | ins. mer | beneme | » |
| » José Fernández Alonso | beneme | beneme | id. | » |
| » Juan S. Román..... | ins. mer | id. | id. | » |
| » Miguel M. Rodríguez. | meritiss | meritiss | meritiss | » |

Lo que se publica para el mejor conocimiento de los interesados.

Seminario C. de Astorga, Julio 17 de 1910.

El Secretario de Estudios.

**Lic. Magín Rodriguez.**

## NECROLOGIA

El día 4 del corriente falleció D. Francisco Javier Fernández, Pco. de Conso (Viana.) Pertenecía á la Asociación Sacerdotal de Sufragios y tenía cumplidas las cargas; hace el n.º 196 de los Hermanos difuntos. R.I.P.